



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ  
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1681**

xv [i.e. v]. Naturaliter existere potest sine forma substantiali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

animæ ab anima indistincta, immediatè recepta in materia non denominat eam spirituales, aut materialitas formæ ignis materialis; non enim potest superveniens rei jam existenti alia existentia denominare eandem existentem, cum communicare existentiam primò, formaliter sit ponere rem extra nihil, quæ immediatè ante erat nihil, (qualiter actio conservativa non communicat novam existentiam, sed conservat, seu pergit producere, & ponere extra nihil rem ejusquæ primò existentiam; ) neque etiam in talibus denominationibus consistit effectus formalis.

V. Materia, quantum est de se, naturaliter potest existere sine omni forma substantiali, sive conservatio materiæ absq; forma est eadem naturalis, & ejusdè rationis cum conservatione, quâ conservatur conjuncta formæ, utpote etiã in isto casu adhuc debita materiæ & ab ea exigibilis; sicuti cõservatio ignis sine calefactione non est eidè supernaturalis, etsi negatio concursus ad calefactionem debiti & impeditio effectus sit eidè supernaturalis, vel potiùs violenta: neq; enim statim cõservatio, quâ conservatur res in statu, in quo naturaliter esse non potest, id est, ad quem sine miraculo

culo redigi, & in quo sine violentia esse non potest, est rei conservatæ supernaturalis, sed ea tantum, quâ conservatur in statu, in quo naturaliter, id est, sine miraculo existere nequit: materia autem existere nequit sine omni forma absque miraculo, si *τὸ existere* significet primam ejus ab omni forma separationem, secus, si *τὸ existere* significet ejus conservationem supponentem jam istam primam separationem. Imò hæc ejus conservatione quidem ei erit violenta, etsi impeditio agentium naturalium à producenda forma, & his agentibus, & ipsi materiæ sit violenta. Hujus rei totius ratio est; quia nec à priori, nec à concomitante, nec à posteriori materia dependet à forma: non primum, cum forma in nullo genere sit causa materiæ: non secundum, cum hæc dependentia sit inter ea, quorum neutrum est causa alterius, uni tamen absque altero non debetur conservatio, cujus contrarium in materia jam vidimus: non tertium, cum hæc ratione ab aliquibus dicatur dependere tantum causa necessaria & adæquata à suo effectu, qualis non est materia respectu formæ; imò cum hæc dependentia à posteriori probabilius sit fictitia; quia causa

b s

natu-

naturâ prior suo effectu, pro isto priori jam esse & existere intelligitur cû omnibus ad suam existentiam requisitis; quod autem causæ quæ existere sine suo effectu, qui hîc & nunc exigunt necessario procedere à talibus causis, sive ab eius productione impediri nequeant sine miraculo, aut sine illata illis causis à causa primæ violentiâ, non importat taliû causarû dependentiam à posteriori à tali effectu, aut quod non exigant sine illo conservari. Jâ verò, quod naturaliter separari nõ possit ab omni forma, inde est, quod agentia naturalia formam veterem substantialẽ expellere nequeât sine introductione dispositionibus ad formã novã, quæ quando sunt, naturaliter producit formã novã; unde etiam, si quandoq; agentia inducant dispositiones sufficiens, ad formæ veteris expulsionem & nondum sufficiens ad introductionem novam quã ultimatè intendit natura, inducitur forma tertia, ut videre est in forma embryonis.

VI. Supernaturaliter nihilominus spoliari potest materia omni formâ; si enim accidentia dependentia à priori à subjecto possint esse privati supernaturaliter, multò magis materia formis, à quibus nulla ratione dependent, imò in eo casu ampliori concursu conservantur.